

CODIX DIPLOMATICVS

ANHALTINVS.

AUF BEFEHL
SEINER HOHEIT DES HERZOGS LEOPOLD FRIEDRICH
VON ANHALT

HERAUSGEGEBEN

VON

DR. OTTO VON HEINEMANN,

HERZOGL. BRAUNSCHW.-LÜNEB. BIBLIOTHEKAR ZU WOLFENBÜTTEL.

DRITTER THEIL: 1301—1350.



MIT ACHT SIEGELTAFELN.

DESSAU.
IN COMMISSION BEI EMIL BARTH.

1877.

06752

* 49

CODIX DIPLOMATICVS

ANHALTINVS.

AUF BEFEHL
SEINER HOHEIT DES HERZOGS LEOPOLD FRIEDRICH
VON ANHALT

HERAUSGEGEBEN

VON

DR. OTTO VON HEINEMANN,

HERZOGL. BRAUNSCHW.-LÜNEB. BIBLIOTHEKAR ZU WOLFENBÜTTEL.

DRITTER THEIL: 1301—1350.



MIT ACHT SIEGELTAFELN.

DESSAU.
IN COMMISSION BEI EMIL BARTH.

1877.

06762

* 49

annone pro salute et remedio anime militis supradicti singulis annis solvere tenebitur preposito, priorisse et conventui prenarratis, post mortem vero predictarum trium personarum sepedictum molendinum cum fructibus suis et omni iure, quo prenotata ecclesia dudum possederat, ad usus et manus sepedicte ecclesie in Hekelinge reddibit et pertinebit liberaliter et solute. Huius rei testes sunt: illustris dominus comes Bernardus de Anehalt, Henricus et Bernardus dicti de Plozcik, Rodolfus dictus Dürre, Bernardus de Alvensleve, Ekbertus de Kocstede milites; domini Fredericus et Theodericus in Kocstede et Ghensevorde plebani, et alii fide digni. Ut² ergo omnia et singula predicta nec ab aliquo calumpniari valeant vel infringi, presentes litteras nostro et fratris nostri comitis Bernardi ac sepedicte ecclesie in Hekelinge et Henrici ac Bernardi de Plozcik sigillorum munimine fecimus roborari. Et nos Dei gratia Bernardus comes prenotatus ac Henricus et Bernardus de Plozcik predicti ad preces domini prepositi ac priorisse necnon conventus sanctimonialium in Hekelinge, cum nobis huiusmodi placita constant esse facta, sigilla nostra presentibus litteris etiam duximus apponenda.

Actum et datum Halberstad, anno Domini m^o.ccc^o. quinto, in vigilia omnium sanctorum.

Aus dem Original im Haus- und Staatsarchive zu Zerbst: von den fünf an Pergamentbändern angehängt gewesenen Siegeln sind nur noch drei, das des Bischofs Albrecht (II. Taf. V. 2), des Grafen Bernhard (II. Taf. V. 3) und ein drittes (Umschrift: . . . ERTI MILITIS DICT . . .) in grösseren Bruchstücken vorhanden, die beiden anderen fehlen. —

1. Orig: eorum. — 2. So im Orig.

114.

1305. November 10. *Reina. Graf Albrecht I von Anhalt bewidmet das Frauenkloster zu Coswig mit einer Mühle daselbst.*

Albertus Dei gratia comes de Anehalt omnibus presentes litteras inspecturis salutem in Domino. Noverint universi, quod nos de consensu heredum nostrorum propter Deum ac in remedium animarum parentum nostrorum proprietatem molendini in Cozwic cum eiusdem proventibus conventui sororum sacri collegii in Cozwik liberam donavimus in earundem sororum potestatem ac iurisdictionem libere transferentes. Preterea Johannes civis in Wittenberch dictus Spisere predictum molendinum, quod a nobis hucusque iure feudali tenuerat cum hiis proventibus, videlicet uno choro siliginis ac talento denariorum Wittenbergensium, sex denarios minus, et ceteris, si qua sunt alia ad hoc molendinum spectantia quoad usum ac perceptionem, de consensu suorum heredum pro remedio nostrorum memoratorum parentum nichilominus ac suorum parentum prenominatis sororibus ab ipsis nunc et in posterum annis singulis percipienda similiter propter Deum contulit ac coram nobis liberaliter resignavit. Ut autem de predictis donationibus seu collationibus, resignationibus fides cercior habeatur, in eorundem testimonium presentem litteram conscribi volumus ac sigilli nostri munimine roborari. Huius donacionis testes sunt: dominus Hinricus de Ztene, dominus Erwinus de Repchowe, dominus Albertus de Wergeliz milites nostri, et alii quam plurimi fide digni.

Datum in Reyne, anno Domini m^o.ccc^o.v^o, in vigilia beati Martini episcopi.

Aus dem Original im Haus- und Staatsarchive zu Zerbst, mit den an grüneidenen Fäden anhängenden Bruchstücken des Reitersiegels des Ausstellers (II. Taf. VI. 4).

115.

1305. November 29. *Halberstadt. Bischof Albrecht I von Halberstadt genehmigt, dass das Kloster Hecklingen in Anbetracht seines zu geringen Vermögens aus den Einkünften der Kirche zu Kochstedt jährliche sechs Mark erhalte.*

Albertus Dei gracia Halberstadensis ecclesie episcopus omnibus presentes litteras inspecturis salutem in salutis auctore. Ne ea, que geruntur in tempore, simul labantur cum lapsu temporis, expedit ea scripturarum testimonio illustrari. Noverint igitur universi presentem paginam inspecturi, quod nos, Gherhardi prepositi, Frederici decani, Johannis archidiaconi banni in Gatersleve et totius capituli nostri expresso accedente consensu, venerabilibus dominabus *Zacharie*¹ priorisse totique conventui sanctimonialium ecclesie beatorum Georgii et Pancratii in Hekelinge, nostre dyocesis, domino Deo die noctuque devote famulantibus, quibus proprie facultates non sufficiunt, suis tribulationibus et miseriis condolentes ac paterna sollicitudine earundem defectum, quem, sicut didicimus, in pluribus sibi necessariis patiuntur, supplere cupientes eisdem concessimus et donavimus et presentibus concedimus et donamus, quod de parrochiali ecclesia in Koxstede, cuius ius patronatus pertinet ad monasterium in Hekelinge antedictum², rector eiusdem ecclesie in Koxstede site in supradicto archidiaconatu nostre dyocesis, qui pro tempore fuerit, priorisse et sanctimonialibus antedictis singulis annis perpetuo solvet nomine pensionis de bonis, proventibus et redditibus eiusdem ecclesie, que in hiis competenter habundare videtur, sex marcas Stendaliensis argenti, videlicet tres in festo Pasche et alias tres in festo beati Michahelis proxime subsequente, nisi agros ad dictam parrochiam pertinentes propter sterilitatem aut alio casu fortuito affici aut rectorem eiusdem parrochie modo quocumque alio iniuriose contingat in bonis suis graviter molestari: tunc enim eidem a dictis sanctimonialibus ad estimationem archidiaconi loci, qui est et qui pro tempore fuerit, pro rata iam dicte pensionis est remissio facienda. Ceterum ut archidiaconus predicti banni Gatersleve in iure suo nullatenus defraudetur, statuimus, volumus et ordinamus, ut rector sepedicte ecclesie in Koxstede annis singulis in festo beati Galli solvat unum fertonem Stendaliensis argenti pro synodalibus eidem archidiacono, prout in pluribus ecclesiis nostre dyocesis hoc fieri consuevit, omnibus et singulis nichilominus aliis iuribus, que nobis et ipsi archidiacono debentur ratione visitationis, correctionis et procurationis ac modis aliis licitis, semper salvis. Ad hec de consensu predicti³ monasterii et personarum earundem ordinavimus et presentibus ordinamus, quod sepedicta ecclesia in Koxstede, sicut ad hoc plures⁴ nostre dyocesis tenentur ecclesie, quotienscumque ipsam vacare contingeret, rector ipsius, qui ad eandem exstiterit presentatus et, cura animarum eidem collata, de ipsa ecclesia fuerit investitus, redditus prioris anni in subsidium nostre maioris ecclesie procuratoribus ad hoc deputatis, necnon et monasterium predictum dictos redditus, quos ipsi percipiendos de eadem ecclesia concessimus et donavimus, solvere teneatur. Huius rei testes sunt: honorabiles viri Fredericus decanus, *Johannes de*⁵ Drenleve portenarius, Henricus de Anehalt prepositus ecclesie sancti Bonifacii, Henricus de Heymburch scolasticus, Wernerus de Wantzleve camerarius, magister Johannes dictus Felix thesaurarius, Wernerus de Scermbeke, Wol-

tratus de Hesnem, Gevehardus de Wernigrode, Fredericus de Bodensten, Borchardus de Valkensten, Borchardus de Ceghenberch, Borchardus de Asseburch nostre ecclesie canonici, et alii quam plures fide digni. In quorum omnium testimonium nostrum et nostri capituli necnon et archidiaconi supradicti sigilla presentibus sunt appensa.

Actum et datum Halberstad, anno Domini m^o.ccc^o quinto, tertio Kalendas Decembris.

Aus dem Original im Haus- und Staatsarchiv zu Zerbst: die drei Siegel hängen, obschon nicht ganz unversehrt, an rothen Seidenfäden der Urkunde an. — 1. Im Orig. ist der Platz für den Namen leeryelassen. — 2. S. I. no. 327. — 3. Orig.: predictum. — 4. Orig.: putres. — 5. Orig. nur: Jo., de fehlt im Orig.

116.

1305. November 29. *Wölitz. Graf Albrecht I von Anhalt bewirkt*

met das Frauenkloster zu Coswig mit einer Summe Geldes zu Kornitz, mit welcher bisher Konrad von Kochstedt belehnt war.

Nos Albertus Dei gratia comes de Anhalt presentibus recognoscimus ac libere protestamur, quod divine remunerationis intuitu permoti duo talenta denariorum Cote-nensium, que a nobis in feodo tenuit in villa Corniz Conradus miles dictus de Koestede, de consensu suorum heredum donavimus libere monasterio ac conventui sororum in Cos-wik, ordinantes et statuantes, quod prefata duo talenta cum proprietate ad dictum conventum exnunc pertineant et in futurum perpetuo et irrevocabiliter debeant iuste proprietatis titulo pertinere. Hanc autem donationem sive collationem proprietatis ad fideliem instantiam honeste domine Sophie, uxoris supradicti militis, recognoscimus esse factam, que in remedium animarum, mariti videlicet sui et sue, sepe dictos denarios procuravit sororibus in prefato monasterio constitutis. Ut autem predicta donatio perpetuo maneat et subsistat, sigillum nostrum presentibus duximus apponendum. Testes huius donationis sunt: frater Johannes de Wittenberch ordinis predicatorum, dominus Fridericus Slichting, dominus Erwinus de Repchow, dominus Albertus de Wergelz, et alii quam plurimi fide digni.

Datum in Wergelz, anno Domini m^o.ccc^o.v, in vigilia beati Andree apostoli.

Aus dem Original im Haus- und Staatsarchiv zu Zerbst: an grünen Seidenfäden hängen die Bruchstücke des Reiteriegels des Ausstellers (II. Taf. VI. 4).

117.

1305. December 7. *Ascharen. Graf Otto II von Ascharen über-giebt dem Kloster Michaelstein die Vogtei über 12 Hufen in Hercksdorf.*

Otto Dei gratia comes Ascharie et princeps in Anhalt universis, ad quos presens scriptum pervenerit, in perpetuum. Ut ea, que religiosi domibus vel personis acquiritur, robur sortiantur perpetue firmitatis, expedit ipsa scripturarum veritate et testium auctoritate perhennari. Eapropter presentibus recognoscimus et testamur, quod nos de fideli-um militum nostrorum consilio donavimus monasterio Lapidis sancti Michaelis advo-

Datum Ascharie, anno Domini m^o.ccc^o. quinto, in crastino beati Nicolai.

Aus dem Original im Landeshauparchiv zu Wolfenbüttel: Siegel abgerissen. Auch im Ascherseher Copialbuche, wo bei 1 am Rande sich folgende Glosse findet: Non dicit ad-vocatum totius ville sed xij mansorum tantum, sed qui sunt liberi ab omnibus exactionibus — plichte unde dehnste. Confuse loquitur litera, quia nec in villa nec in campis dicit. Etiam nesciuntur a monachis neque ab aliquo homine, neque possident eos, quia tota villa per Jonga tempora fuit et hodie est desolata, ut probat intuitu ad oculum, et spectat proconsulibus Ascharie, ut prebet in litera episcopi et capituli Halberstadensis ecclesie. — 2. Orig.: videbantur.

118.

1305. *Hernrich und Dietrich, Besitzer des Schlosses Waldeser, bewilligen das Frauenkloster Pätzke mit anderthalb Hufen Landes zu Moritz.*

Nos Heinricus et Thidericus milites, possessores castri Waldeseher, omnibus hanc litteram inspecturis salutem in perpetuum. Cum pium habeamus desiderium super his litteram inspecturis salutem in perpetuum. Cum pium habeamus desiderium super his omnibus promovendis, que ad cultum Dei pertinere poterunt ampliandum, utile et rationi conveniens indicamus, ut eadem scripta testimonia faciamus firmiter roborari, ne processu temporis oblivionis caligine, accedente malorum ingenio, infringi valeant aut mutari. Notum siquidem esse volumus universis Christi fidelibus, quod nos de consensu heredum nostrorum et voluntate libera unum mansum cum dimidio in Moritz et praerentium nostrorum defunctorum, scilicet et patris et matris, filiorum nostrorum et uxorum Gerdnuten et Walpurgis, tali conditione, ut heredes nostri in eodem monasterio existentes seu adhuc filie nostre vel filie filiorum venientes unum chorum tritici perannuatim annuatim, donavimus monasterio sanctimonialium in Pätzke perpetuo possidenda. Ut autem hec nostra donatio robur obtineat perpetue firmitatis, predicto monasterio tecimus in testimonium presentem paginam sigillorum nostrorum munimine roboratam. Anno Domini m.ccc.v.

Aus dem Copialbuche des Klosters Pätzke in der gräf. Stobbergischen Bibliothek zu Wernigerode. — 1. Mspt.: possidendam. — 2. Fehlt im Mspt.

unanimi et expresso vendidimus domino abbati et conventui monasterii in Cinna, Cisterciensis ordinis, Brandenburgensis diocesis, partem insule iuxta Prezín inter duas Albeae refluxiones integraliter, que nos contingit ex libera donatione bone memorie nobilis viri domini Alberti marchionis Brandenburgensis de consensu heredum suorum, scilicet domini Theoderici comitis de Werbene, dominorum Ottonis, Hermanní et Alberti marchionum ceterorumque omnium heredum suorum, cum lignis, lignorum locis, cum stagnis, piscinis, agris, pratis, pascuis, cum viis et inviis, cum villa Twergau, et cum omnibus ac singulis utilitatibus infra easdem Albeae refluxiones iacentibus perpetuo proprietatis titulo possidenda. Nichilominus vendidimus eisdem omnia nemora, silvas, agros, piscium capturas, advocatiam et omnia iura, que in hiis secundum districtiones terminorum ad nos pertinebant, plenissime in perpetuum possidenda, volentes notum fieri omnibus nostris successoribus, quod in nostro monasterio retinimus literas predictorum marchionum nobis super ipsa bona tam iam dicta traditas quam super illa, que in villa Brezczin molendinis et curia per permutationem pro iuribus patronatus ecclesiarum in Burck et in Schartove¹ in dominium sancte Magdalene ecclesie transtulimus propter villam Clutzowe et Mose et curiam in Magdeburg nostro claustrum contiguam et propter quedam alia nobis competentia in eisdem literis descripta, ne in bonis nobis retentis aliquod preiudicium patiamur, quod de voluntate predictorum dominorum de Cinna factum est, et in cautelam easdem literas servaremus, volentes etiam, ut nec ipsi propter has retentas a nobis literas ullatenus a quovis posterorum sive successorum nostrorum unquam impedimentum aliquod patiantur, sed omnes tam² presentes quam futuri hiis nostris literis tanquam predictorum marchionum originalibus literis nobis traditis et a nobis retentis credant hoc scientes, quod, si villam Clutzowe seu alia bona in predictorum marchionum literis a nobis retentis descripta, que ad nos pertinent, nos seu successores nostros aliquando in posterum vendere contingeret, si ipsas marchionum literas prefatorum bonorum emptoribus traderemus, hoc nequaquam ipsis dominis de Cinna damnum seu aliquod preiudicium generaret, quod per has nostras literas super huiusmodi bonis traditis eisdem dominis de Cinna ratum³ esse volumus, acsi originales literas predictorum marchionum haberent. Et nichilominus presentibus renunciamus omnibus literis ipsorum marchionum predictorum, quantum ad huiusmodi bona, que dominis de Cinna per dominum archiepiscopum et per nos vendita et hic conscripta, que siquidem bona a tempore, a quo non extat memoria, quiete et pacifice tenuimus et possedimus et, quantum ad eadem bona sic vendita, easdem marchionum literas volumus perdere⁴ penitus ullas vires. Tradidimus etiam ipsis de Cinna dominis literas de advocatia Brezczin cum sigillis dominorum testimoniales, ut ipsi habeant cum omni iure, quo nos dinoscebamur habere. Testes sunt: honesti viri Conradus Longus, Waltherus de Gloustedt, ceterique plurimi fide digni. Ad venditionem et conventionem predictas rite et rationabiliter a nobis factas inviolabiliter perpetuo observandas nos nostrosque successores de consensu nostri capituli presentibus obligamus et ad perpetuam rei memoriam presentes literas in signum consensus venerabilis domini Hinrici archiepiscopi Magdeburgensis sigillo ipsius et nos Wernerus prepositus nostro, nos quoque Fredericus prior, Johannes de Lipizk cellerarius totumque capitulum eiusdem monasterii nostro sigillis fecimus communiri.

Datum Magdeburg, anno ab incarnatione Domini m.ccc.vij, Kalendas Aprilis, indictione quinta, concurrente sexto, epacta vicesima quinta⁵.

Aus dem Copialbuche des Klosters Plötze in der gräf. Stolbergischen Bibliothek zu Wernigerode. — 1. Mspt: Scharrove. — 2. Mspt: tamen. — 3. Mspt: tantum. — 4. Mspt: litere. — 5. Statt: quinta decima. — Vergl. die Urk. I. no. 362.

142.

1307. April 23. Börnecke. Ritter Rudolf Durre bewidmet das Kloster Mariastuhl vor Egeln mit einer Hufe Landes zu Hoppedal unter der Bedingung, dass seine zwei Töchter im Kloster Hecklingen von den Einkünften derselben die Hälfte zu lebenslänglichem Niessbrauch erhalten.

Nos Rodolphus miles dictus Durre, morans in Bornekere, recognoscimus tenore presentium publice protestantes, quod ecclesie sive conventui sancte Marie virginis gloriose prope Egelen cum consensu heredum nostrorum, videlicet Rodolphi filii nostri et aliorum, dedimus unum mansum situm in campo Hopdal cum proprietate a nobis comparata ab Hinrico discreto viro preposito in Hekeling bone memorie et ab ecclesia beati Georgii martiris loci iam dicti in Hekeling, de quo quidem manso nunc una marca solvitur annuatim, ab eadem ecclesia in Egelen iure proprietatis iam dicte perpetue possidendum, ita tamen, quod medietatem reddituum annualium persolvendorum de eodem manso due filie nostre religiose claustrales in Hekeling, quamdiu vixerint, obtineant et alia medietas eorundem reddituum sanctimonialibus in Egelen iam dictis a possessoribus eiusdem mansi pro remedio nostre anime censuali titulo persolvatur. Post obitum vero filiarum nostrarum supradictarum in Hekeling sanctimoniales in Egelen iam prefate mansum iam dictum cum omni censu, videlicet illo, qui filiabus nostris solvitur, quibus viam universe carnis ingressis, cum omni iure supradicto integraliter ac perpetue possidebunt. Anniversarium nichilominus nostrum vigiliis et orationibus et missarum animarum devotionibus annis singulis peragere tenentur, cum eis noster obitus fuerit intimatus. Ut igitur nostra donatio firma et inconvulsa permaneat, hanc litteram nostro sigillo signatam predicto conventui in Egelen dedimus, quam nichilominus sigillis dominorum nobilium, videlicet Wernerí comitis in Vredeberch et Garduni nobilis in Hadmersleve, in huius nostre donationis evidens testimonium petivimus sigillari. Nos vero Wernerus Dei gratia comes in Vredeberch et Gardunus nobilis in Hadmersleve, rogati a predicto milite et a sanctimonialibus in Egelen iam dictis, nostra sigilla recognoscimus nos presentibus appendisse. Testes huius donationis sunt: Ludolphus sacerdos quondam prepositus in Plozech et Fredericus sacerdos dictus Buse plebanus in Heteborn, clerici, et dominus Bernardus de Alvensleve et dominus Ludolphus de Slizstede milites, et alii quam plures fide digni.

Datum Bornekere, anno Domini millesimo trecentesimo septimo, in die beati Georgii martiris.

Aus dem Original im Pfarrarchive zu Egeln: von den drei an Pergamentbändern angehängt gewesenen Siegeln ist nur noch dasjenige des Ausstellers (einmal quer gestreifter Schild) und des Edelherrn Gardun von Hadmersleben (dreieckiger Schild mit den zu 2. 1. gestellten Hirschen und dem einen aufsteigenden Löwen zeigenden Nebenschildchen) vorhanden.

sterum fatigentur, presentem paginam de nostra certa donatione et permissione inde confectam anno Domini m.ccc.xxij, feria quinta proxima post diem conversionis sancti Pauli ipsis tradimus sigilli nostri munimine firmiter roboratam.

Aus Beckmann Hist. d. F. Anhalt I. 499.

424.

1322. Februar 3. Abt Hermann II von Nienburg verewiget der Kisterrei des h. Kreuzes eine Huße Landes und einen Hof zu Weddegast.

Nos Hermannus Dei gratia abbas monasterii Nienburgensis recognoscimus tenore presentium aperte dicentes, quod unum mansum situm in campo Wedegist, quem Petrus magister coquine nostre ab Henrico kamerario denatis propriis liberum et solutum redemit, cuius etiam mansi patrocinium Conradus miles dictus de Waldeser nobis sub patenti littera iure plenarie resignavit, appropriamus custodie sancte crucis cum curia, quam idem Petrus in villa Wedegist inhabitare videtur, assignantes eundem Petrum magistrum coquine cum suis hereditibus custodi sancte crucis, ut idem custos, qui pro tempore fuerit, eundem mansum cum curia iam dicta conferat iam dicto Petro et suis hereditibus ad dimidium fertonem Brandeburgensis monete annis singulis sancte cruci censualiter persolvendum. Preterea sciendum est, quod, quandocumque mansus iste cum curia sepedicta vacaverit, quicumque eos recipere tenebitur, pro collatione dimidium fertonem sancte cruci dare tenebitur nec plus dabit. Et hoc appensione sigilli nostri evidencius protestamur.

Acta sunt hec anno Domini mcccxxij, in die Blasii martiris.

Aus dem Original im Haus- und Staatsarchiv zu Zerbst: das an einem Pergamentbünde angehängt gewesene Siegel ist verschwunden. — 1. Orig.: quem.

425.

1322. März 16. Halberstadt. Der Official der Halberstädter Curie ündert die von dem Bischofe Albrecht I von Halberstadt bezüglich des Verhältnisses der Kirche in Kocstede zu dem Kloster Hecklingen gemachte Erwählung ab.

In nomine Domini amen. Cum nonnumquam contingat, aliqua provide ordinata ex temporis mutatione cum ratione mutari, nos Hermannus officialis curie Halberstadenis ad notitiam eorum, quorum interest aut interesse poterit, deducimus per presentes, quod, licet olim per reverendum in Christo patrem dominum nostrum dominum Albertum episcopum ecclesie Halberstadenis pro pia relevatione inopie devotarum in Christo dominarum . . . priorisse atque conventus monasterii in Hekekinghe ministeriorum existerit ordinatum, quod plebanus in Kocstede, qui pro tempore fuerit et qui tunc fuerat, deberet sex marcas Stendalensis argenti de dicta ecclesia ministrare annis singulis prefato collegio in Hekekinghe, nisi forte agrorum sterilitas vel casus alius fortuitus impediret ipsum plebanum in Kocstede, quod dictum subsidium facere non va-

leret, prout in instrumento inde confecto plenius continetur, sane patet et constat, quod agri iam dicte ecclesie penitus sunt steriles et inculti propter gwerarum graves incurtus. Insuper et nunc eiusdem ecclesie rector Hinricus quodam casu fortuito ac inopinato nequiter defraudatus quasi mendicare videtur et sic non est sibi possibilis solutio subsidii supradicti. Ne autem ordinatio prefata penitus destruatut aut ipsum monasterium in Hekekinghe spe relevationis omnino frustretur, nos habito consensu . . . priorisse et conventus in Hekekinghe ex parte una dictique nunc rectoris in Kocstede ex parte altera, discretorum quoque communicato consilio, decrevimus ordinandum itaque presentibus ordinamus, quod prepositus, qui est vel qui pro tempore fuerit, temporibus vite Hinrici nunc plebani in Kocstede suo et dicti conventus sui nomine quinque mansos agrorum parrochie in Kocstede, unum videlicet mansum a decima liberum et alios quatuor communes, sibi assumet et assignari faciet colendos, prout conventui suo viderit expedire. Alios vero mansos cum redditibus, fructibus, censibus et oblationibus ipse plebanus retinebit suis usibus et utilitatibus, prout melius possit, applicandos, hac autem ordinatione nostra temporibus vite supradicti Hinrici, nunc rectoris in Kocstede, tantummodo duratura. Actum Halberstat presentibus domino Alberto archidiacono in Gatersleve ac strenuo milite Betemann de Hoyem necnon . . . preposito in Hekekinghe ac Hinrico plebano in Kocstede, ac aliis pluribus fide dignis. In quorum evidentiam et observantiam firmiorem presentes litteras sigilli nostri appensione duximus munendas.

Datum Halberstat, anno Domini mcccxx^o secundo, feria tertia post dominicam Oculi mei.

Aus dem Original im Haus- und Staatsarchiv zu Zerbst, mit dem an einem Pergamentbünde angehängten Siegel der bischöflichen Curie von Halberstadt (Bischofskopf; Umschrift: + S. CURIE · HALBERSTAD · EPISCOP ·). Das Contrasteigelt zeigt einen Bischofsstab zwischen zwei nicht mehr erkennbaren Gegenständen. Umschrift nicht mehr entzifferbar. — 1. Im Orig. statt der Namen überall nur Punkte. — 2. S. no. 115.

426.

1322. April 4. Bernburg. Fürst Bernhard III von Anhalt bewidmet die Stefanskirche zu Daldorf mit dem Thie daselbst.

Nos Bernhards Dei gratia comes Ascharie et princeps in Anhalt universis auctoritate presentia seu visuris volumus esse notum et presentibus publice protestamur, quod proprietatem unius spaci sibi circa cimiterium in villa Daldorf, quod vero spacium vulgariiter vocatur thy, ecclesie sancti Stephani ibidem dedimus perpetuo possidendum ad luminaria ac alia necessaria ipsis ecclesie ipsius comparanda. Ut autem nostra donacio rata ac inviolabilis observetur, presentem litteram dedimus et nostro sigillo fecimus communiri. Testes etiam huius sunt: Otto Gogravus, Hermannus de Alneburh, Hinricus de Curia, Hinricus de Vrose milites, famuli vero Richardus de Vrose frater suus, Hinricus Ghomperlingus, Apeko de Arnstede, et quam plures alii fide digni.

Datum Berneborch, anno Domini m^o.ccc^o.xxij^o, dominica in Palmis.

Aus dem Original im Staatsarchiv zu Magdeburg, mit dem an einem Pergamentbünde hängenden Secret des Ausstellers (Taf. III. I.). — 1. Orig. nur: Ber.

sterum fatigentur, presentem paginam de nostra certa donatione et permissione inde confectam anno Domini m.ccc.xxij, feria quinta proxima post diem conversionis sancti Pauli ipsis tradimus sigilli nostri munimine firmiter roboratam.

Aus Beckmann Hist. d. F. Anhalt I. 499.

424.

1322. Februar 3. *Abt Hermann II von Nienburg vereignet der Küsterei des h. Kreuzes eine Hufe Landes und einen Hof zu Weddegast.*

Nos Hermannus Dei gratia abbas monasterii Nienburgensis recognoscimus tenore presentium aperte dicentes, quod unum mansum situm in campo Wedegist, quem Petrus magister coquine nostre ab Henrico kamerario denariis propriis liberum et solutum redemit, cuius etiam mansi patrocinium Conradus miles dictus de Waldeser nobis sub patenti littera iure plenario resignavit, appropriamus custodie sancte crucis cum curia, quam idem Petrus in villa Wedegist inhabitare videtur, assignantes eundem Petrum magistrum coquine cum suis heredibus custodi sancte crucis, ut idem custos, qui pro tempore fuerit, eundem mansum cum curia iam dicta conferat iam dicto Petro et suis heredibus ad dimidium fertonem Brandenburgensis monete annis singulis sancte cruci censualiter persolvendum. Preterea sciendum est, quod, quandocumque mansus iste cum curia sepedicta vacaverit, quicumque eos recipere tenebitur, pro collatione dimidium fertonem sancte cruci dare tenebitur nec plus dabit. Et hoc appensione sigilli nostri evidencius protestamur.

Acta sunt hec anno Domini mcccxxij, in die Blasii martiris.

Aus dem Original im Haus- und Staatsarchive zu Zerbst: das an einem Pergamentbände angehängt gewesene Siegel ist verschwunden. — 1. Orig: quem.

425.

1322. März 16. *Halberstadt. Der Official der Halberstädter Curie ändert die von dem Bischofe Albrecht I von Halberstadt bezüglich des Verhältnisses der Kirche in Kochstedt zu dem Kloster Hecklingen gemachte Einrichtung ab.*

In nomine Domini amen. Cum nonnumquam contingat, aliqua provide ordinata ex temporis mutatione cum ratione mutari, nos Hermannus¹ officialis curie Halberstadensis ad notitiam eorum, quorum interest aut interesse poterit, deducimus per presentes, quod, licet olim per reverendum in Christo patrem dominum nostrum dominum Albertum episcopum ecclesie Halberstadensis pro pia revelatione inopie devotarum in Christo dominarum¹ priorisse atque conventus monasterii in Hekelinghe misericorditer exstiterit ordinatum, quod plebanus in Kocstede, qui pro tempore fuerit et qui tunc fuerat, deberet sex marcas Stendalensis argenti de dicta ecclesia ministrare annis singulis prefato collegio in Hekelinghe, nisi forte agrorum sterilitas vel casus alius fortuitus inpediret ipsum plebanum in Kocstede, quod dictum subsidium facere non va-

leret, prout in instrumento inde confecto plenius continetur², sane patet et constat, quod agri iam dicte ecclesie penitus sunt steriles et inculti propter gwerrarum graves incurtus. Insuper et nunc eiusdem ecclesie rector Hinricus quodam casu fortuito ac inopinato nequiter defraudatus quasi mendicare videtur et sic non est sibi possibilis solutio subsidii supradicti. Ne autem ordinatio prefata penitus destruat aut ipsum monasterium in Hekelinghe spe revelationis omnino frustretur, nos habito consensu¹ prepositi,¹ priorisse et conventus in Hekelinghe ex parte una dietique nunc rectoris in Kocstede ex parte altera, discretorum quoque communicato consilio, decrevimus ordinandum itaque presentibus ordinamus, quod prepositus, qui est vel qui pro tempore fuerit, temporibus vite Hinrici nunc plebani in Kocstede suo et dicti conventus sui nomine quinque mansos agrorum parrochie in Kocstede, unum videlicet mansum a decima liberum et alios quatuor communes, sibi assumet et assignari faciet colendos, prout conventui suo viderit expedire. Alios vero mansos cum redditibus, fructibus, censibus et oblationibus ipse plebanus retinebit suis usibus et utilitatibus, prout melius poterit, applicandos, hac autem ordinatione nostra temporibus vite supradicti Hinrici, nunc rectoris in Kocstede, tantummodo duratura. Actum Halberstat presentibus domino Alberto archidiacono in Gatersleve ac strenuo milite Betemanno de Hoyem necnon¹ preposito in Hekelinghe ac Hinrico plebano in Kocstede, ac aliis pluribus fide dignis. In quorum evidentiam et observantiam firmiorem presentes litteras sigilli nostri appensione duximus muniendas.

Datum Halberstat, anno Domini m^occc^oxx^o secundo, feria tertia post dominicam Oculi mei.

Aus dem Original im Haus- und Staatsarchive zu Zerbst, mit dem an einem Pergamentbände anhängenden Siegel der bischöflichen Curie von Halberstadt (Bischofskopf; Umschrift: † S. CURIE · HALBERSTAD' EPISCOP.). Das Contrasiergel zeigt einen Bischofsstab zwischen zwei nicht mehr erkennbaren Gegenständen. Umschrift nicht mehr entzifferbar. — 1. Im Orig. statt der Namen überall nur Punkte. — 2. S. no. 115.

426.

1322. April 4. *Bernburg. Fürst Bernhard III von Anhalt bewidmet die Stefanskirche zu Daldorf mit dem Thie daselbst.*

Nos Bernhardus¹ Dei gratia comes Ascharie et princeps in Anehalt universis auditoris presencia seu visuris volumus esse notum et presentibus publice protestamur, quod proprietatem unius spacii siti circa cimiterium in villa Daldorf, quod vero spacium vulgariter vocatur thy, ecclesie sancti Stephani ibidem dedimus perpetuo possidendum ad luminaria ac alia necessaria ipsius ecclesie comparanda. Ut autem nostra donacio rata ac inviolabilis observetur, presentem litteram dedimus et nostro sigillo fecimus communiri. Testes eciam huius sunt: Otto Gogravius, Hermannus de Alneburgh, Hinricus de Curia, Hinricus de Vrose milites, famuli vero Richardus de Vrose frater suus, Hinricus Ghomperlingus, Apeko de Arnstede, et quam plures alii fide digni.

Datum Berneborch, anno Domini m^occc^o.xxij^o, dominica in Palmis.

Aus dem Original im Staatsarchive zu Magdeburg, mit dem an einem Pergamentbände hängenden Secret des Ausstellers (Taf. III. 1). — 1. Orig. nur: Ber.